



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 8. B. Eustachius Abbas Agrestiu[m] calumniatorem diuino conuadatus
vadimonio Beatum Columbanum defendit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

§. VIII.

B. Eustachius Abbas Agrestium calumniato-
rem diuino conuadatus vadimonio Bea-
tum Columbanum defendit.

Alterius causâ appellauit B. Eustachius
Abbas. Is, hæretico quodam Agrestio B.
Columbanum iam mortuum conuicijs ca-
lumnijsque lacerante, in Concilio Matisco-
nensi, sic vltus est calumniatorem, vt dice-
ret: *In horum presentia sacerdotum, te ego,
eius discipulus & successor, cuius tu disciplinam
& instituta damnas, ad diuinum iudicium, cum
illo, intra presentis anni circulum, disceptatu-
rum inuito, vt iusti iudicis examen sentias, cu-
ius famulum tuis obtrektionibus maculare co-
naris. Nec frustra eum conuadatus est diui-
no hoc vadimonio. Nam cum Agrestius sa-
pius sibi datum pœnitentia locum non agnosce-
ret, vt B. Eustachij sententia ad diuinum iudi-
cium ipsum vocantis proualeret, ante triginta
dierum circulum, priusquam vertentis anni
meta completeretur, à seruo suo, quem ipse re-
demerat, securi percussus interijt. Ita & mor-
tales immortalium queunt causam agere;
& ipsi etiam immortales dicere possunt: *In-
dica me Deus, & discerne causam meam de
gente non sancta, & ab hominibus iniquo & dolo-
so erue me.**

Jonas Ab-
bas eius
contem-
porane-
us, in vita
S. Eusta-
chij.

Psal. 42.

§. IX.